

Band IV., Nr. N172, Seite 472-473

Papst Innozenz IV. genehmigt auf Bitte des Grafen Ulrich von Württemberg das Versprechen des Klosters Lorch, dem Kleriker Walter, Sohn des Truchsessen des genannten Grafen, möglichst bald eine kirchliche Pfründe zu verleihen, und beauftragt den Propst der Kirche zu Beutelsbach, den Walter gegen etwaige Beeinträchtigung zu schützen.

Lyon, 1251. März 6.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, . . . preposito ecclesie in Budelsbach, Constantiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ut dilecto filio Waltero, clerico, nato . . . dapiferi nobilis viri Vlrici comitis de Wirtenberch specialem gratiam faciamus, ipsius comitis devota precamina nos hortantur. Cum igitur, sicut idem clericus nobis exponere procuravit, . . . abbas et conventus monasterii Laureacensis, ordinis sancti Benedicti, diocesis Augustensis, ad mandatum nostrum sibi promiserint in ecclesiastico beneficio providere quam cito habuerint facultatem, se ad id per suas patentes litteras obligando, et nos eiusdem comitis precibus inclinati, quod ab eisdem abbate et conventu super hoc factum est, gratum et ratum habentes id auctoritate apostolica duximus confirmandum, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eundem clericum non permittas super hiis contra confirmationis nostre lenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo.

Datum Lugduni, II. nonas Martii, pontificatus nostri anno octavo.

—

Nach einer Abschrift von der Hand des Archivars Fr. Rüttel (gest. 1634).

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Bisher nicht nachgewiesen in den Beständen des HStA Stuttgart (A 206, A 284, A 399, A 475, A 499, A 525, J 1, Hs. Andreas Rüttel).

Weitere Angaben

Ausstellungsort:

Lyon

Aussteller:

Innozenz IV.; Papst

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)

(Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W

Augsburg, A

Beutelsbach Wohnplatz (1751)

Beutelsbach, Weinstadt, WN

Kloster Lorch Wohnplatz (4658)

Kloster Lorch, Lorch, AA

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Lyon, Dep. Rhône, Frankreich